



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectae

Sandini, Antonio

Bambergae, 1753

CCXXX. Urbanus VII. Anno Christi 1590. Rodulphi II. 14.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65477](#)

Prælatorum. 13. *Pro Viis, Pontibus, & aquis curandis.* 14. *Pro Typographia Vaticana.* 15. *Pro consultationibus negotiorum statutis Ecclesiastici.*

(4) *Omnium maximus in Vaticana S. Petri area statutus est, basi magnificentissime impositus industria admirabili Domini Fontanæ, & Crucis invictæ à Sixto V. consecratus.*

(5) *Trajana & Antoniana operis admiriandi. Primæ B. Petri, secundæ B. Pauli statuas æreas, auratásque imposuit.*

(6) *Summatim describuntur à Thos Historiarum sui temporis lib. 100. §. 8. tom. 5. pag. 14.*

(7) *Vide Sixti V. constitutiones 31. 69. 30.*

(8) *Constitutione 6. innovavit constitutiones omnes à Pontificibus prioribus editas contra facinorosos homines, eorumque fautores.*

CCXXX.

URBANUS VII.

ANNO CHRISTI 1590.

RODULPHI II. 14.

URBANUS VII. Romanus, qui
spond. antea *Joannes Baptista Cardinalis*
an. 1590 *Castaneus* dicebatur, anno 1590. XVII.
j. 20. Kal. Octobr. ad summa Sacerdotii
provectus est. Post dies tredecim VI.
Kal.

Kal. mensis ejusdem moritur, ingressus annum ætatis septuagesimum. Ea est hujus Pontificis haud minima laus, quod affines & consanguineos, qui accepto nuntio electionis ejus Romam advolabant, regredi jussit, & nullâ sanguinis cognatione sibi conjunctos regimini & officiis præfecit. Cumulavit vitæ laudem præclaræ mors. Tantâ enim fuit in morbo constantiâ, ut diem extremum adesse prospiciens, eum diem salutis appellaret, Deoque gratias ageret, quod eo tempore vocaretur, quo de gesto Pontificatu nondum esset rationem redditurus.

CCXXXI.

GREGORIUS XIV.

ANNO CHRISTI 1590.

RODULPHI II. 14.

Nonis Decembr. pervigilio S. Nicolai, post sedatos aestus comitorum Urbano VII. subrogatus est Spond. Nicolaus Sfrondratus Mediolanensis, an 1590. dictusque Gregorius XIV. Hic pau §. 21. corum mensium spatio multa de se memo-